



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Ambulandum est cautè propter tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

## CHRISTIANA

tua, quasi fratrem tuum sic eum tra-  
cta, quoniam in sanguine anime  
comparasti illum. Quartum est, ob  
sequia ignis amoris lignis benefi-  
ciorum debet nutriri. Vnde Paulus

**Ro. 12.** dicebat. Si esurierit inimicus tuus  
ciba illum &c. Nulla est enim ma-  
ior ad amorem inuitatio, quam pre-  
uenire amando, & nimis durus est  
animus, qui dilectionem non uult  
impendere. Vnde Seneca dicebat.  
Vt ametis, amabilis esto.

*Ambulandum est cautè pro-  
pter tria.*

**P**rimo, quia ambulamus in  
medio laqueorum: Vnde di-  
cebat Ecclesiasticus. Scito  
quoniam in medio laqueorum in-  
gredieris. Omnia (inquit D. Hie-  
ronymus) retibus plena sunt, dia-  
bolus laqueis cuncta compleuit. Se-  
cunda quia ambulamus in medio la-  
tronum. Vnde Iob dicebat. Simul  
uenerunt latrones eius, & fecerunt  
uiam pro me, & obsederunt in gi-  
ro tabernaculū meum. Tertio quia  
ambulamus in medio fouearum. Vn-  
de Esaias dicebat; Formido, & fo-  
uea, & laqueus super te qui habita-  
tor es terræ.